

PETRVS Mar. Aleander. Ex Corneliano.P.
Ioanni Baptiste Baldo Antiquario. Sal.



Vum per multi sint in vrbe Verona Ioannes baptista Balde: qui nobilitate & litteris me- tentur sibi quæ de virtute tractant inscribi: non propterea ex his es qui famam tui no- minis ex alienis scriptis aucuperis : nec mi- rari debet quis: quū cuiqz doctissimo sis no- etus hi te silentio si pretereunt: sacerdotum genus hoc æuo quum commemoratur nauseam quandam vi detur obiicere vrpote apud quos dum summa debeat esse do- ctrina infima sit ignoratia: & posse falli si in omnibus hæc opi- niantur non incertum est. Mattheum ruffum: Pantheum anto- nium & alios quā plures cōmemorarem. Cum doctissi. Hiero- auantio. Bartholameo merula: qui iam tua patria videtur do- nari : quorum studia adeo inter doctos innotuerunt : vt sint tanquā equus qui nesciat stare loco. Sed hoc sit satius: fit hoc idem in scriptis vt si quæ elucubrata emittantur sacerdotis in- scriptione: legentes prius ea fastidiāt quam perlegerint: quod vitium temporis facit multitudo nescientiū Bēde igitur tem- pora per te quum in lucem deuenerint (vt & multa alia) Et si sint sacerdotis cōmētaria. Et sacerdotis eius qui de christiana rep. in multis est bene meritus præsbyter tibi non immerito inscribimus . Auguror tamen dicturos multos suum dicendi genus non probari. Sed quofo prius legant quā damnent: & tempora comparent . Ei hoc diiudicato tu. cui in litteris est equa censura:acre ingenium rerūqz omniū multiplex copia:vt si libero loqui liceat: abstrusa quoqz & antiqua in tuam cōfluūt accademiam. Habes non tam quæ in italiā vertum etiam quæ extra in antiquis ex culpta marmoribus tam recōdita apud te: vt merito sis antiquarius nuncupandus. In tua quoqz tam ges- nerosa vrbe alumna virtutum. nemo est qui Baldum non no- uerit amauerit & coluerit : adde quod quisque litteratus ad te tana quam ad metam dirigitur. Bedam itaqz varia iam diu scriben- tem: non docte minus quam prudenter. Afferentē secum Plini- um. Veronensem ad te dirrigimus vt vna cum assertoribus Plinianæ ciuitatis : & audias & amplexaris. Vale.
Patauji. Id. Martiis. M.CCCCC.V.

a ii